Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-78304-p0001-1

20

6

Q. F. F. S.

# PLAUSUS VOTIVUS

Quo

SUPREMOS IN PHILOSOPHIA HONORES,

RECTORE MAGNIFICO,

VIRO

*Nobiliſſimo, Excellentiſſimo, Experientiſſimo,*

# DN. MICHAELE SENNERTO,

Medicinæ Doctore longè celeberrimo, ejusdemq; in alma ad Albim Academia P. P. famigeratiſſimo, & Collegii Medici Seniori graviſſimo,

Ab Ampliſſimæ Facultatis Philoſophicæ DECANO SPECTABILI,

VIRO

*Nobiliſſimo, Ampliſſimo, atq; Excellentiſſimo,*

## DN. CHRISTIANO DONATI,

Log. ac Metaphyſ. Prof. Publ. celeberrimo,

VIRO-JUVENI

*Præ-Eximio atq; Clariſſimo*

## Dn. JOHANNI KREMPES,

Cibinio Tranſylvano

In illuſtriſſima Leucorea d. 27. Apr. Anno M. DC. LXXXII.

*ſolenniter collatos*

fauſtiſſimos volebant

POPULARES.

---

Wittenbergæ,
Literis BRüNINGIANIS.

6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-78304-p0002-6

Johannes Krempes vivat:
per ἀναγ. k in c verſo prodit:
Jte! hæc non ſperavimns.

ITe leves, quotquot ſteriles cenſere Camœnas
Audio, narratis ſomnia vana mihi.
Nonne ferunt meritas Phœbi de munere lauros
Muſarum juvit quos bona caſtra ſequi?
Imò dare *hæc* etiam quæ *non ſperavimus ipſi*
Munera, donorum prodiga turba ſolet.
Dicta fidem meruêre tuam, Doctiſſime KREMPES,
Cui labor in ſtudiis non ſine laude fuit:
Vix tibi credo artes tanti coluiſſe fuiſſet,
Nî mentem traherent præmia digna tuam.
Haud qvoq; ſpe labi voluit Te magnus Apollo,
Plura Tibi confert quàm voluiſſe putem.
Quid vetat ergô abſens tanto congrater honori?
Anne rudi metro fortè favere licet?
Sit *Tibi* ſit *Patriæ* ſimul & *genitoribus* ipſis
Lætus qvem meritò jure capeſſis honor!

*In benevolentiæ fidem ſcrib.*
MARTINUS ZIEGLERUS, Coronâ-Tranſylvanus
SS. Th. & Phil. Stud.

*QVærere qvi ſtudiò telluris viſcera fulva*
*Aſſolet, ut cenſûs pondera magna paret:*
*Noctes atq; dies fervcnti concitus æſtu*
*Excogitat medium qvô fodiantur opes.*
*Sic* Tua *dum Sophiæ de divite copia cura*
*Inſtituis veros arte parare modos.*
*Qvêis* Tibi *fixarum veniat ſic gloria rerum*
*Gazaq; Chryſippi non ruitura ſiet.*
*Certa via eſt, fateor qvâ laus reparatur, opum vis*
*Magna ſatis, virtus hincq; probata* Tua.

Jam

*Jam bene pro meritis redimiris tempora laurô*
*Quam capias* felix *corde precante precor!*
Prolixiori affectu qvam verſu ſcrib.
DANIEL SCHOBELIUS, Lapide Tranſylvanus
S.S. Th. & Ph. St.

---

N*imborum* transmiſſa minis, cui mitis, amicas
*Spes*, renovat Phœbe; Natura *puerpera*, dignas
Cui ſuffundit opes, tenebras *onerata* latentes
*Disjicit*: aucta, caput ſuperis, *arbuſcula*, clivis
Inſerit. *Egregio* multum luctate labori,
KREMPESI, *Nutrix* Witeberga, Tibi eſt Hyperion,
*Nox olei vigilis*, *curſoria ſeſama*, *flammis*
*Eois*, miſcet! *Laurus* Dictynna *ſpopondit*:
*Nexuit*! in lucem *penetrant*! *apicem* Tibi grator *honoris*
Hunc, *Teſtem meriti*! Te Transſylvania Dio
Intexat *frondem Libano* tandem!
Præcatur hoc animitùs
MARTINUS KELPIUS, Holdvilaginô - Tranſylvanus SS. Theol. Stud.

---

*V*irtuti *claræ ſemper calcaria præbet*
*Gloria nobilitans, præmia digna ferens.*
*Exemplum ſiſtis nobis Doctisſime KREMPES,*
*Proles Muſarum, Fautor amande mihi.*
*ictenus asſiduè Muſarum caſtra ſecutus*
*Calcâſti indeſes ſemper honoris iter.*
*ectis remoris virtutis captus amore*
*inc juga Parnasſi ſcandere docta cupis.*
*Sed non ima juvant, conſcendis culmina montis*
*Pindi, nunc lætus, pulchra brabeja capis.*
*Gratulor ex animo, ſint hæc Tibi ſerta ſecunda,*
*Mox quoq; concilient & potiora Tibi.*
JOHANNES KLEINIUS, Purimont.
Traſ. SS. Th. St.

---

C*Armina noſtra damus (cum nil niſi vota ſuperſint)*
Dum vehit ad dignum *Te Tua* Muſa gradum.
Scilicet hoc primum eſt ſtudii diadema, qvod offert,
Hoc majora tamen (crede) brabæa dabit.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-78304-p0004-7

Inſignis qvondam, venturi eſt omen honoris:
Nobile, præſagit magna momenta TIBI.
Qvod Jehovah dextrè, ceu nunc, ita poſtea, vertat,
In Patriæ excellens Eccleſiæqve decus.

DANIEL LANG, Marpodinô-Tranſ.
SS. Th. Stud.

WEr alſo/ WERTHESTER/ ſein Bücher hochgeſchätzet/
Den ungeſchminckten Bund mit ihnen nicht getrennt/
Sich unter ihnen offt an Muth und Geiſt ergetzet/
Wird eines Lorber-Zweigs von Clio werth erkennt.
Er küſſet nunmehr auch die wohlgereifften Früchte/
Die JHM die Bücher Gunſt zu SEJNEM Ruhm gebirt:
Wer weiß/ obs Vaterland nicht ſchon Lob-Lieder tichte/
Da es der Hoffnung Ziel mit Luſt gewonnen ſpürt.
Jch ruffe freudig zu: der Himmel laß Jhn blühen/
Daß dieſer Ehren-Stand Jhm bringe reiche Frucht/
Ja noch viel gröſſer Ehr und Ruhm mag nach ſich ziehen/
Biß ER des Lebens ſatt den ſeel'gen Himmel ſucht.

PETRUS WOLFFIUS, Coronâ-Tranſ.
der H. Schrifft Ergebener.

O decus! ô noſtrum! Te, Te nunc tango ZABANI,
O amor! ô vitæ portio magna meæ!
Quis ſis, qværebar: Natum ſaltem aſpice, dixi:
Nî fallar penitùs iſte Magiſter erat.
Iſte Magiſter erat, (noſtin?) KREMPESIUS iſte
Iſte Tuus natus, filius iſte Tuus.
Non lepus eſt, dixit, tali qvi fronte leonem
Progenuit. Certè non lepus ille fuit,
Qvare age, KREMPESI, nunc qvid ſit vulture naſci
Oſtendas moneo ac oro, precor, voveo.

MARCUS FRONIUS,
Coronâ-Tranſ. SS. Th. Stud.


Gratu-

GRatulor ex animo lætus Clariſſime KREMPES,
Dum cingit frontem LEUCORIS alma Tuam.
Talibus ecce ſuum donis Te Pallas adornat,
Splendida ſectatus, ſplendida & inde feres,
Tempus erit, Daciæ quò docto ad pulpita ſcandes
Fama Tua inſcribet nomina magna cedro.

*MICH. BELL, Cor. Tranſ.*

---

ERgò ſui ſemper meminit Parnaſſus Alumni,
Dignaq; certanti præmia diſtribuit.
Comprobat hoc in Te Fautor Clariſſime, nunquam
Cum ſinat ignavum *Te Tua ſedulitas*.
En igitur celebrem magnâ cum laude coronam
Addictus ſtudiis promeruit quam animus.
Ulterius pergas ſacros libare liquores
Muſarum, *Tua ſic fama* ſuperſtes erit.

*JOHANNES ALBRICH, Coronâ-Tranſ.*
*SS. T. & Ph. Cultor.*

---

*DUm dignos dignè ſudoris carpere fructus*
*Contendis, precor ut porrò ſequatur honor*
*Major. Nunc teneat frondens Tua tempora laurus*
*Hæc, hæc ſit ſtudii teſſera firma mei.*

SAMUEL Herrmann / Darocino-Tranſ.
SS. Th. & Ph. Cultor.

---

AUff rechten Fleiß
Folgt Ehren-Preiß
Herr KREMPES kan ein Zeugnüß geben.
Die jenigen / ſo umb JHN leben /
Bekennen / daß SEJN Lebens-Lauff
Zur Tugend und zum Himmel auff
Sey allezeit gerichtet.
Und wie SEJN Sinn
Nur ſtets dahin
Geſonnen und gedichtet
Wie ER Sophiam könte ſich vermählen /
So ſieht man JHN jetzt unter dieſe zehlen.

Die hier Apollo ſoll bekröhnen.
Wohl allen ſo chen MUSEN-Söhnen.
Ich aber will von Hertzen-Grund
Mit treuer Hand und Freundes Mund.
Auch SEINEN Ehren-Tag beſingen/
GOtt laß Ihm alles wohl gelingen.

Daniel Kroner / von Krohnſtadt
aus Siebenbürgen/der Weltweißh. Beſſ.

---

DOcte KREMPSI! veneranda ſerta
Tolle, virtutis nitidæ brabea,
Dum TIBI claræ Sophiæ corona
Tempora cingit.
Macte; nam tantum ſtudium ſequetur
Veris ut flores, copioſa meſſis:
*Laus, honos, nomen, decus omne*: SURGE,
CLARUS AD ASTRA!

GEORGIUS Rhener/ Tranſ. SS. Th.
& Phil. Cultor.

---

*I pede jam celeri quo TE felicia ducunt*
*Fata Patris magni ſpes Patriæq; decus.*
*Nam claros carpis, (verum eſt) laudes & honores*
*Sed virtutes has promeruêre tuæ.*

---

*Ergò plaude diu, nomen ducturus in ævum,*
*Accipe doctrinæ digna brabea Tuæ.*

JOHANNES Hoch / Tranſylv. SS. Th.
& Phil. Studioſ.

---

TER-MAGIS *evectus patrias remeabis ad oras,*
*Inde gravem excipiet, non ſine laude Virum.*
*Tam ſubito amplexos magnos virtutis honores*
*Mirari incipi t chara Paternaris.*
*Ergò age! quod ſupereſt, præſenter fundere vota.*
*Exili ſatago (ſed ſine felle) ſtylo.*
*Sit Tibi gratus honos! ſint vota accepta precesq;!*
*Sis gratus Patriæ dum remeare ſtudes!*

SIMON Schwartz / Tatarl.-Tranſ. SS. Phil. & Th. Stud.

Minervæ

MInervæ hebt empor der Tugend-Ehren Lilgen
Und giebt ſie dem/ der ſich hinauff zuſchwingen übt.
Die Sieges-Palmen kan kein Blitz noch Donner tilgen/
Weil wahre Tugend ſtat der Arbeit Lohnung giebt.
ER hat ſich/ werther FREUND/ auch jederzeit bemühet/
Wie Er zur Weißheit Thron erwünſcht gelange an/
Drum ſieht man wie SEJN Haubt voll Ehren-Lilgen blühet:
Und Palmen/ die kein Blitz der Neider ſchmettern kan.
Das Vaterland wird ſich dereinſt an JHM erfreuen/
Weil ER nicht ſonder Ehr die Krohn und Palmen trägt/
Es wird durch ſeinen Glantz ſich wiederumb verneuen/
Wenn es denſelbigen in ſeinen Purpur legt.

ASARELA MEDERUS, von Krohnſtat aus Siebenb.
L. L. Stud.

---

WEr ſich ein Krohn gedenckt mit Ruhm und Ehr zutragen
Der muß ſich eh Er ſiegt mit ſeinem Feind abſchlagen.
Ein Tugen-volles Hertz/ erfüllt mit Tapfferkeit
Erregt ſich Wolcken auff/ erlangt im Schweiß die Beut:
Schau an mein Pilades du haſt den Caſtalinnen
Parnaſſus keuſchem Heer unter Apollens Zinnen:
Ein Theil erkrieget dir erkenn hier deinen Preiß
Den du ô Muſen-Sohn mit deinem ſtetem Fleiß
Beglückt erſieget haſt/ laß Werther nichts erwinden
Der Tugend und der Kunſt was weiter nachzugründen:
Nur fahr beſtändig fort/ und leb vergnüget heut
So wirſtu deinen Nahm ſchreibn in der Ewigkeit.

LUCAS Seiler/ von Krohnſtadt aus Siebenb.
der H. Schrifft Ergebener.

---

QUid ſignat aſtrum? qvid Babylonii
Finxêre chryſini? non petoſiridos
Dedêre fata, quod *Magiſtra*
Condidit intemerata Virtus.
prædixit omen ſub geneſi pia,
Et ſpes & almum *Krempeſii* decus
Sivêre clari ſic conatus,
Quas meruêre *notas* honoris.

Grata-

Gratamur auctis *nomine* dotibus
In grata creſcas Syrmata patriæ,
Favente fortuna ſeneſcat
Proſper & auctus honos Magiſtri.

BARTHOLOMÆUS MELAS, Lebnekino Tranſ.
SS. Th. & Phil. Stud.

---

## Cubus Poëticus.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *SErtum* | *Deucalion* | *ſudando* | *nectere* | *juſſit.* |
| *Deucalion* | *ſtatuit* | *virtutis* | *nomen* | *amator.* |
| *Sudando* | *virutis* | *fertur* | *amabile* | *multùm* |
| *Nectere* | *nomen* | *amabile* | *multùm* | *conſuluiſſe* |
| *Juſſit* | *amator* | *multùm* | *conſuluiſſe* | *labores.* |

MICHAEL MAURITIUS, Mediâ Tranſ.
SS. Th. & Phil. Stud.

---

ACceſſit tandem Phœbus Doctiſſime KREMPES,
Qvò TIBI perpetuos plauſus & carmina cantat
Theſpiadum cantanda cohors, quo authore ſecundo
Conſeqveris ſummam, FAUTOR, cum laude, Coronam.
Pergito nunc, ſummumq; TIBI quem tradit honorem
Leucoris, hunc cape. Qvin titulumqve decusq; Magiſtri,
Fac teneas, ut ſic maneat TIBI fama perennis!

JOHANNES Dürr / Coronâ-Tranſ.
SS. Th. Stud.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-78304-p0010-1

20

Q. F.

# PLAUSUS VO

QVO

SUPREMOS IN PHILOS

RECTORE MA

VIRO

*Nobiliſſimo, Excellen*

*tiſſimo*

# DN. MICH

SENNE

Medicinæ Doctore lon

demq; in alma ad Albim Acad

& Collegii Medici Se

Ab Ampliſſimæ Facu

DECANO S

VI

*Nobiliſſimo, Ampliſſimo*

DN. CHRISTIAN

Log. ac Metaphyſ. Pro

VIRO-

*Præ-Eximio*

Dn. JOHANN

Cibinio T

In illuſtriſſima Leucorea d. 2

*ſolennit*

fauſtiſſim

POPU

---

WITT

Literis BR